



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 90. Parisiensis Universitas ab Eftoutevilla Cardinale restaurata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

„ feceris, compelles me ad majores Ju-^{Sæcul. XV.}
 „ dices appellare. „ Igitur Ladislaus, ^{A.C. 1452.}
 præterhabitis Friderici querelis, & Pon-
 tificis comminationibus, suam conserva-
 vit libertatem, Comes quoque Cillejensis
 eodem ferme tempore Austriæ admini-
 strationi restitutus est.

§. XC.

*Parisiensis Universitas ab Estoutevilla
 Cardinale restaurata.*

Anno præcedenti Nicolaus Papa Estou-^{Gaguin. l. 10}
 tevillam Cardinalem Legatum in ^{Monstrelet}
 Gallias decreverat, ut pacem Henricum ^{vol. 3.}
 inter, & Carolum VII. conciliaret. Ast
 cum Henricus bello, quod tamen Anglis
 infauftum fuit, obfirmato animo insiste-
 ret, Legatio successu suo frustrabatur.
 Nihilominus Cardinalis omnem suam,
 Galliarum Regis jussu, operam in id im-
 pendit, ut a Parisiensi Academia abusus
 omnes, quibus tunc obfuscabatur, pe-
 nitus eliminaret, quod & feliciter confe-
 cit, dum eam optimis, quæ adhuc in in-
 timo Academiæ tabulario asservantur,
 legibus instruxit, cunctosque, qui decre-
 torum a se conditorum transgressores
 existerent, anathematis poenæ obnoxios
 fore, die prima Junii declaravit. Porro
 hujus Purpurati Pater erat Joannes se-
 cundus ejusdem nominis Princeps de E-

Sæcul. XV. stoutevilla Franciæ Archi-Pincerna, Ma-
A C. 1452. ter vero Margarita Comitis Harcurtii fi-
 lia, & Longevillæ Domina. Postea re-
 nuntiatus fuit Sacri Cardinalium Colle-
 gii Decanus, & sanctæ Romanæ Eccle-
 siæ Camerarius. A Rege autem Archie-
 piscopatum Rothomagensem accepit,
 cum jam prius præter Prioratus S. Mar-
 tini de Campis, Grammontanum, & Bel-
 lomontanum in Algia, etiam Abbatias Ro-
 thomagi S. Ovani, Montis S. Michaelis,
 & Monteburgensem obtinisset. Ab Euge-
 nio IV. Romano Pontifice Anno Domini
 millesimo quadringentesimo trigesimo se-
 ptimo, seu juxta alios, trigesimo nono
 die decima octava Decembris adscriptus
 est inter Cardinales Presbyteros titulo
 S. Martini in Montibus, hunc tamen ti-
 tulum ad Portuensem Insulam promotus
 commutavit; dein autem translatus fuit
 ad Ecclesiam Ostiensem, & Veliternam.
 Vir erat invicti animi robore præditus,
 ac rigidissimus justitiæ cultor; quondam
 enim (ut fertur) Romanus Apparitorum
 Dux, quem Itali Barigellum appellant,
 furem a se comprehensum absque ulte-
 riore mora a jure concessa capite ple-
 ctendum decernebat, & absente carnifice
 Presbyterum quemdam Gallum, forte ibi
 præsentem, infame hoc officium subire
 compellebat: Verum Cardinalis re com-
 perta Barigellum protinus vocari, in rem
 inquiri,

inquiri, atque facinoris convictum ante ^{Sæcul. XV.}
 fenestras domus suæ laqueo suspendi A.C.1452.
 jussit.

§. XCI.

Franciæ Episcoporum Conventus Bituricensis ob Sanctionem Pragmaticam ab eodem Cardinale convocatus.

Idem Cardinalis, ubi in Franciam venerat, Biturigibus Episcopos Regni convocavit, qui de opportunis pragmaticam sanctionem exequendi mediis deliberarent. Plurimum quidem sese Burdegalensis Ecclesiæ Delegati, ac Petrus eorum Archiepiscopus horum consiliis opponerent, summo Pontifici plenam auctoritatem esse conservandam contendentes; nihil tamen evincere poterant, nec alius quisquam, præter Eliam Petrocoriensem Episcopum, eorum partibus accessit.

§. XCII.

Idem pacem inter Galliæ Regem, & Sabaudicæ Ducem conciliare conatus.

Eodem tempore Carolus VII. Biturigibus agens, Sabaudicæ Duci bellum indixit, eoquod in confinia Regni per sæpe incurfasset, & inconsulto Galliarum